

PHOENĪX ŪLTIMUS

by Emily Gimlin (student of Ben Carroll)
Ocean Lakes High School, Virginia Beach, VA

ōlim erat **grex** centum **phoenīcum**. in silvā **nūbium radiōrumque** habitābant. quaedam gēns hās avēs **flammeās**, quae ā deīs sānctae habentur, **venerāta est**. igitur, phoenīcēs gentem arte magicā flammeā **tuitī sunt**.

gēns **placida** erat, sed **regiō** vīcīna **bellicōsa** erat. haec regio plūs terrae habēre voluit, itaque gentem petivērunt. multī virī gentis in proeliō moriēbantur. igitur, phoenīcēs ōrāvērunt ut eīs **auxiliārentur** et **oppūgnātōrēs** pūgnārent. precibus audītīs, phoenīcēs suum domum in caelō statim reliquērunt et ad terram **deorsum volāvērunt**. gēns, auxiliō phoenīcum, omnia proelia vincere coepit, et **invīcta** facta est.

oppūgnātōrēs ab hīs avibus flammeīs **obstupefactī sunt**. quamquam multōs **cōnātūs** faciēbant, phoenīcēs nec laedere nec occidere poterant. dux oppūgnātōrum, nōmine Brūtus, cōstituit **venēficam** nōtam vīsītāre, et rogāre quōmodo phoenīcēs vincere possit. domus venēficae in mediā silvā **obscurā** erat. trēs diēs, domum venēficae iter faciēbat.

venēfica Brūtum **excēpit** et eī cibī aliquid dedit, dīcēns: “sciō cūr vēneris. scīre vīs quōmodo phoenīcēs vincere possis.”

“vērum dīcis,” Brūtus rēspondit. “meus exercitus gentem **peregrīnam** victūrus erat, ubi istī phoenīcēs **appāruērunt**. nostra tēla hās avēs nōn laedere possunt. meī mīlitēs mox **dēdent!**”

venēfica diū tacēbat. tandem, “tibi auxiliābor. phoenīcēs nōn immortalēs sunt; modo difficile est eōs occidere,” inquit. Brūtum carmen **pluviae**, quod artem magicam phoenīcum prohibēre poterat, docēbat. tum, venēfica eī **agnam** duōrum diērum dedit. “**imbue sagittās** in huius agnae sanguine. tum phoenīcēs et laedere et occidere poterant.”

sed venēfica etiam monuit, “nōlī omnēs phoenīcēs occidere. eī enim sānctī ā deīs habentur. deī phoenīcem ūltimum dēfendent sī eum occidere cōnātus eris.”

Brūtus venēficae **sacculum** plēnum **nummōrum** aureōrum prō eius auxiliō dedit. ad castra suī exercitūs cum agnā quam celerrimē rediit. ibi, Brūtus suīs mīlitibus **praecepta** venēficae nārrāvit. agnam statim **immolāvērunt** et sagittāriī suās sagittās in sanguine imbuērunt. Brūtus cum suīs **lēgātīs** cōnsilium cēpit. tandem spēs in castrīs erat!

postrīdiē, prīmā lūce, exercitus Brūtī **vīcum** gentis petivit. quod gēns oppressa est, phoenīcēs auxiliō gentī vēnērunt. omnēs phoenīcēs cōspicātus, Brūtus carmen pluviae recitāvit. mox **nimbī** advēnērunt, et subitō pluvia terram **tutudit**. simulac flammae in pennīs phoenīcum **extinctae erant**, sagittāriī sagittās imbūtās in phoenīcēs ēmīsērunt. sanguis pūrus avēs sānctās occidit et omnia corpora **pennārum rubrārum** ē caelō cecidērunt. gēns, mortuōs phoenīcēs vidēns, dēdidit.

Brūtus autem **plōrātum** pulcherrimum ac **flēbilem** audīvit. ūnum phoenīcem ūltimum volantem in silvam cōspēxit. Brūtus, commōtus gloriā **superbiāque**, phoenīcem cōsecūtus est. Brūtus plōrātuum sonitum secūtus est **dōnec** phoenīx, valdē dēfessus, in arbore sē cēlābat. Brūtus post phoenīcem, quī adhūc plōrābat, tacitē **adrēpsit**. deī autem vīdērunt phoenīcem in perīculō esse, et phoenīcem iussērunt domum volāre. simul Brūtus sagittam ēmīsit. sagitta cor phoenīcis **percussit**, sed deī sagittae obstitit. phoenīcī dōnum immortalitātis dēdērunt. īgnis ē phoenīce irrūpit. īgnis erat tam validus ut Brūtus statim interficerētur.


phoenīx etiam **cōnflāgrāvit** et in **struem** cineris factus est. subitō, caput phoenīcis **parvulī** ē cinere **exsiluit!** mox corpus et **ālae** et **ungulae** secūtī sunt! tum in nūbēs volāvit.

hodiē, phoenīx ūltimus per tōtam orbem terrārum errat. cum phoenīx **senuerit**, cōnflāgrat, et tum ē cinere iterum nāscitur.

STELLA CLĀRISSIMA

by Stephanie Trexler (student of Matthew D. Webb)
Moultonborough Academy, Moultonborough, NH

Alba est stella quae erat **obscurissima**.





cum Alba in illā parte
iter fēcisset, obviam iit
peregrīnum dē stellis.

tibi nebula
roganda est!

vīdistīne
stellam
clārissimam?

ubi est
haec nebula?


audiō nebulam
prope sōlem esse.




tē invenīō
ad tē rogandam
ubi stella clārissima
sit.

ēheu!
modo **praeteriit!**
sī festīnāveris,
tum eam invenīēs.

Alba festīnāvit
ut stellam clārissimam
caperet.



māgnā cum laetitiā, Alba stellam clārissimam cēpit.



volō esse clāra,
sicut tū.

crēde
tē posse!



Alba crēdidit sē clāram esse.



iam, Alba laeta est
quia clārissima est!



ans

